

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hec est noua queda[m]. singular[is] atq[ue] rara legenda.
ex alijs sex lege[n]dis collecta et perfecta. tractans de
origine. et vite. ordine. de conuersione. ac magistrali
disputatione. ast de ...**

Petrus <Frater>

Argentin[ae], 6.IV.1500

Capitulum nonum. Quare maxentius motus sit scribere

[urn:nbn:de:bsz:31-333645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-333645)

De scelerata vita maxē. XVI

ta ex timore constantini ppter illa que de ipso audierat nona. Et sic ab effusione sanguinis ut oravit constantinus: constantini dextera permansit immunis. Septimo vero imperij sui anno: cum diuina iam opere roma intrasset constantinus: ante omnia sanctorum martyrum reliquias colligi et sepulture mox tradidit precepit. Romani autem per constantinos septem dies triumphalem festiuitatem agentes: christum et mirificam eius crucem: insuper et victorem constantinum: seque magnis laudibus extollebant. De predicta fuga maxentij quibus Triplicata et ecclesiastica hystoria non dicant: tradunt tamen de ipsa fuga annales hystorie sicut sepius legi in quodam libro: ab vno fratre ordinis predicatorum mihi accomodato. videlicet quod inter constantinum et maxentium bellum civile exortum est rome. Et de eodem libro extraxi carminis modum: et disputationes beate katherine cum cesare et quinquaginta philosophis. Maxentius siquidem prius fugatus alexandrie prius se recepit.

Et aliter ponere non est bene possibile credere: si volumus asserere sicuti fuit secundum rei veritatem. quod beata katherina sit ab isto maxentio passa et non ab alio tyranno.

Capitulum nonum: quare maxentius existens alexandrie motus sit scribere per sacrificio ydolorum. Et de tenore sui iniqui precepti: et de solennitate illius sacrificij.



Nā quibus temporibus quibus hec agebantur: dum sancte romane sedis beatus Silvester pontificatum tenebat: ipse predictus maxentius volens augere ydolatrie culturam: quam dyoclecianus cum ipsius maxentij genitore seque maxiano herculeo cepat: respiciens se tam obprobriose a constantino de urbe fugatum: repetita rabie incitatus: ecclesiam christi zelo ydolatrie persequi instituit: et ad yphana sacrificia christianos aut primis

Capitulum IX

aut tormentis incuruare ꝑ cepit. Et ꝑpter hoc residens in ciuitate alexandrinorū: feralia ꝑ prouincias sue diuisionis misit edicta. Inbēs xpianos dñs suis ymmolare aut penalibꝫ cruciatibꝫ iterire. Extat autē huiusmōi edictum ab eo ꝑ regiōes circumquaqꝫ ꝫ nationes emisum. Maxentius imparor diuina prouidentia ꝫ deozꝫ sacrorum beniuolētia in sacro romani imperij culmic constitutus. oibꝫ regibus. consulibꝫ atqꝫ magistratibꝫ Tribunis ac iudicibꝫ ceterisqꝫ reipublice ministrantibus et fauentibus. Et his qui edictis nostris acquiescunt salutem et gratiaz nostram. Flocte ac die vigilanti studio curam habēdo de salute ꝫ gloria sacri imperij exortum est in aīmo nostro consiliū. quod sine uestra presentia nolumus diffinire. Quapropter monemus ꝫ exhortamur uestram solertiam. ut cum apices nostri ad uos peruenerint: omni remota occasione festine ad nos uenire studeatis. Si

quis autem iussioni nostre contrarie presumpserit. sciat se capitali sententia puniendum. Auditis itaqꝫ tyrannice iussioni mandatis. sit conuentus vniuersalis ad pretorium regis in ciuitate alexandria. Quibus conuocatis. imperator tribunal ascendit. ꝫ cetum astantem ita est allocutus. Per uirtutem omniū deorum quibus quotidie famulamur. ꝫ romanū imperium gloriose ubiqꝫ triumphat: licet per plures sit conditum augustos. nō est tamē in toto mundo potestas. qꝫ sub iugo potestatis nostre flectere colla recuset. nisi sola superba et inepta cultura christianorū. que inobediēs nobis semper existit. qꝫ penitus eradicare nequimus. pro eo utiqꝫ qꝫ clancullo huc atqꝫ illuc dispſa uagatur. Quapropter statuendo censemus ut sacratissimis dñs quorum beneficio ꝫ potestate regnamus. publica reuerētia ꝫ pecularis quodāmō eis exhibeat cultus. qꝫ tenus ꝫ imppetuum nos ptegat ꝫ gubnet ꝫ

Quo kathe. increpabat xvii

nephandos errores supbi-
entiu in xpianorum nobis
ad iudicandum ostendant.
et quos inuenire nequiueri-
mus sua eos vltione pstrin-
gant. Hoc decretum quod
statuimus a nobis primo i-
choari oportet. Scdm im-
pialem itaq; potestatem nos
offerimus dñs id quod vo-
lumus. vos autem scdm ve-
stram facultatem his sacri-
ficate cuncti liberaliter. Al-
tera autem die sedens p tri-
bunali iubet omnes intro-
duci et preconis voce accla-
mare. et ad templum deorum
suorum omnes pariter con-
uenirent. Et vt sacerdotes
aris thura imponeret. Tunc
imperatore primo solene sa-
crificium dñs offerente. cō-
tinuo ceteri homines. incur-
uati iuxta possibilitatē suā
sunt ante simulachra deorū.
Diuites quidem thauros
et boues et oues; pauperes
vero volucres viuas offere-
bant. Porro imperator vt
erat regio amictus ornatu;
et militari ambitu stipatus.
preueniēs. obtulit in sacri-
ficiū thauros centum. et
triginta. Hinc reges et prin-

cipes. hinc magnates milis-
tum. hinc prefecti et tribu-
ni. celse dignitatis. gratioso-
res et illustres persone pro
vt tyranno placere niteban-
tur formosa dñs animalia
atq; copiosa ymmolabant.
Quibus vero ad solennem
pompa sacrificiorum ar-
menta non suppetebāt. pas-
seres et volatilia que habe-
re poterant. inferebant. Au-
ditur per vniuersam ciuita-
tem vox diuersorum anima-
lium. perfunditur tellus ef-
fusio sanguine bidentium.
fit sonus confusus plausi-
bus et choris alternantib;
in tantum; vt tremulenta
tellus exultare. aut potius
indignari tantis clamorib;
videretur.

Capitulum de
cimum. Quomodo beata
katherina increpabat impe-
ratorem de falso sacrificio
supradicto. zc.